

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ociositas u  
cum fonte primo

Ocium sine litteris mors est  
et uiui hominis sepultura.

Puto, aequè qui in odoribus iacet  
mortuus est quam qui rapitur unco;  
otium sine litteris mors est  
et hominis vivi sepultura.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 82, 3 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.272, ll.5-7).

Omnia nobis mala solitudo persuadet.

Hoc quidem longe magnificentius est,  
sic vivere tamquam sub alicuius  
boni viri ac semper praesentis oculis,  
sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic  
facias quaecumque facies tamquam  
spectet aliquis:  
omnia nobis mala solitudo persuadet.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 25, 5 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.73, ll.22-26).

Circumspice singulos; nemo est cui  
non sanctius sit cum quolibet esse quam  
secum.

Circumspice singulos: nemo est cui  
non satius sit cum quolibet esse quam  
secum.

Seneca.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 25, 7 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.74, ll.8-9).